

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Apostoli n  
cum fonte primo

O mirabiles quoque fluuios nobis genuit Paulus,  
non secundum paradysi fontem quattuor tantum  
sed eciam multo plures ac cotidie fluentes,  
non terram irrigantes sed animas hominum  
ad producenda uirtutum germina suscitantes!  
Quis igitur ad explicanda Pauli merita sermo sufficiet?  
Que lingua laudibus eius inuenietur equalis  
cum omnia que sunt in hominibus bona  
anima una possideat,  
et ea cuncta plene atque cumulate  
nec solum hominum sed eciam,  
quod plus est, angelorum?

Crisostomus ibidem (de laudibus Pauli) omelia I.

Unde et mirabiles nobis fluvios genuit,  
non secundum paradisi fontes quattuor tantum,  
sed multo etiam plures et quotidie fluentes:  
non terram rigantes, sed animas hominum  
ad producenda virtutum germina suscitantes.  
Quis ergo ipsius meritis sufficiet sermo?  
Quae autem lingua laudibus ejus invenietur aequalis,  
cum omnia quae sunt in hominibus bona,  
una anima possideat,  
et ea cuncta plene atque cumulate,  
quae non solum hominum sunt, sed etiam,  
quod est amplius, angelorum?

Iohannes Chrysostomus, *De laudibus sancti Pauli apostoli homiliae*, 1 (PG 50, col.473).